Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

se in basan. Tribus ysachar qui merces inter
pretatur: recte illi celestium spirituum cho
ri nuncupantur: qui p fidei & dilectionis
suę constantia eterne beatitudinis pseuerian
tia a creatore deo remunerantur: Tribus aser:
que beatus ul' beatitudo interpretatur: recte
illi celestium ciuium chori uocantur: qui ue
ra beatitudine creatoris sui gracia ab eterno
sublimantur: Tribus neptalim qui dilatatus
dicitur: recte illi celestium spirituū chori uo
cantur: qui in pfecta creatoris sui dilectione
& in eterne sapientie contemplatione dila
tantur: Dimidia tribus manasse qui oblit
interpretatur: recte illi celestiū spirituum
chori appellantur: q̄ & si non habent quod
de propria infelicitate obliuiscantur: p af
fectum tamen compassionis quodammodo
dimidiantur: dum electis hominib' suis
quandoq; futuris consortibus adhuc in
terra laborantibus numia miseratione inclu
nantur: Merari amarus uel amaritudines
interpretatur: p quē ordo doctorum figu
ratur: qui continua huius uite amaritudi
ne sauciatur: filiis merari urbes duodecim
dantur: dum bonis doctoribus qui huius
uite amaritudines sentiendo lamentantur
uel fides spes & caritas. ul' conuersio. proba
tio. & pfectio. uel continentia. oratio. & me
ditatio. ul' sacrificium contritionis. sacrificiū
pietatis. sacrificium laudis. in consolatione
dantur: quibus uti ciuitatum presidiis an
presenti muniantur: Per cognationes suas:
p germine compunctionis mensuras. De tri
bu ruben & gad & habulon: de illis celesti
um spirituum choris. qui creatoris sui u
sione letantur: quia ruben uidens filius
interpretatur: qui ad diuine uoluntatis
ministerium. & ad humane infirmitatis auxi
lium accingunturquia gad accinctus dicitur:
qui p gracia creatoris habitaculum sunt forti
tudinis. quod habulon interpretatur: Dant fi
liis israel leuitis ciuitates & suburbana earū: quia
sancti angeli eterne contemplationi infixi
ministrant electis. ad dei seruitutem assumptis.
celestium mysteriorū cognitiones. que sunt ue
re salutis munitiones. & suburbana earū. que
sunt tegumenta litterarū. Sicut precepit do
minus p manū moysi: sicut decreuit ds. dando
legem moysi in monte syna. Singulis sorte
tribuentes: a strepitu curarum mundanarum
remotis. & singularitate dedicatis. p xri passio
nem que p sortem exprimitur: cuncta sapien
tie beneficia. & uirtutum presidia distribuen
tes. Sequitur.

De tribus filiorum iuda & symeon.

De tribus filiorum iuda & symeon:
dedit iosue ciuitates. quarū ista sunt nomina:
filiis aaron p familias ex cath leuitici generis. Iri
ma enim sors illi egressa est cariatharbe. patris enach.
que uocatur ebron in monte iuda. & suburba
na eius p circuitum: agros uero & uillas eius de
derat caleph filio iephone ad possidendum. De
dit q̄ filiis aaron sacerdotis ebron confugii ciui
tatem ac suburbana eius. & lebna cum suburba
nis suis. & ieter. & istimon. & elon. dabir. & aim.
& iectan. & bethsames. cum suburbanis suis ciui
tates nouem: de tribubus ut dictum est duab'.
De tribu autē filiorum benjamin. gabaon. &
gabee. & anathoth. & almon. cum suburbanis
suis ciuitates quatuor: Omnes simul ciui
tates filiorū aaron sacerdotis tredecim cum sub
urbanis suis.

Sat iosue ciuitates: quia filius dei tribuit
sancte scripture munitiones. De tribubus
filiorum iuda & symeon: de possessione illa